



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hyperaspis|stes Diatribae Adversvs || Serum Arbitrium  
Martini Lu-||theri**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1526**

**VD16 E 3028**

Erasmvs Roterodamvs Lectori S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30032**

ERASMVS ROTERODAMVS  
LECTORI S. D.



Rodiſt Seruum Arbitrium,  
titulo Martini Lutheri, ſed  
elaboratum à multis, multo  
tempore: nam ante anhūm li  
ber excudī cœperat, ut narra  
bant, qui prædicabāt ſe uidiffe paginas ali  
quot: ſummaq; cura quod ipsa res indicat.  
Liber mihi ſero redditus eſt, idq; caſu, nā  
ipſi celabant, ut ſaltem ad menses aliquot  
triumphum agerent, nō ſolum addicti Lu  
thero, uerū etiam utriq; inimici, mihi qui  
dem ob bonas literas, illi uero ob improba  
ta dogmata. Temporis ſpatium quod da  
ri poterat tū relegendæ Diatribæ, tum per  
legendo Lutheri libro, nō tam prolixo, q;  
loquaci, tum reſponſionē meæ, nō erat lon  
gius diebus decem: & redditus eſt iam de  
fesso, atq; adeo etiamnum ſatagenti in ab  
ſoluendis ijs, quæ parabantur in mercatū  
proximū. Eius rei certiflimi teſtes ſunt Ba  
ſileæ, ſi quis mihi diffidit. Et tamen quoniam  
ſensi, quām inſolenter iam tum ad odoř  
huius libri quidam exultare cœperint, ui  
a 2 ſum

ERASMVS LECTORI.

sum est aliquam respōsionis partem, hisce  
nundinis Francfordiensibus, quamuis tu/  
multuariam ædere, quo moderatius age/  
retur istis triumphus ante uictoriam. Re/  
spondimus autem ad eam partem, qua pu/  
gnat cum præfatione meæ diatribes, reli/  
qua daturi per ocium elucubratoria. Ali/  
quoties capitum Lutheranæ disputationis  
numeros adiecimus in marginib⁹, quo  
facilius conferas quæ refellimus, si prius il/  
lius capita numero signaueris. Bene uale,  
& expecta in argumentando, certio/  
rem uictoriam. Basileæ, decimo

Calendas Martias. Anno

M. D. XXVI.